IOHANNES CHRYSOSTOMUS
Österreich, Ende 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26104
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& ait. hoc uellus descendens pluuia ipsum solum madidet.
et tota area sicca sit. Quid significabat pluuia. nisi predica
tionem legis. Nam uellus illud sacrificia iudeorum. in quibus sacrificium
iusserat sibi pecora offerri. Insisto ergo uellere descendit
pluuia. quia sola fuit in iudea legis cultura. Aliam petitio
nem postulauit. ut uellus siccum esset. & area pluuia infun
deret. in qua pluuia demonstrauit nobis transferri sacrificia
a synagoga. & totam aream mundi impleri predicatione xpi.
Illis enim repudiatis. nobis aduenit miscdia in aduentu
saluatoris. Descendit ergo pluuia in uellus. xpc in syna
gogam legem confirmans. & adimplens non soluens. Sed quia solum
modo filium hominis putauerunt. ideo dominum glorie crucifixe
runt. Subsequitur ergo uersiculus dicens. Et sicut guttę distillantes
super terram. Guttę istę uirtutes sunt. quibus idem dominus noster ihc xpc
dignatus est terram ueniens implere. Gutta fuit quando leprosum
mundauit. puerum centurionis a mortis periculo sanauit.
paralyticum curauit. cecum illuminauit. mortuos susci
tauit. & cetera miracula que legistis in euglio faciente
domino. Istę ergo guttę distillauerunt in terram. id est miracula
in carne humana aduenientia. Orta est ergo in diebus eius
iusticia. Qualis est enim ista iusticia. nisi quod ait discipulis suis.
sic enim oportet impleri omnem iusticiam. Qualis est ista
iusticia. nisi stater ille inuentus in interioribus piscis a petro
de mari leuatus. Deque statere dixit petro. da filiis reg
ni huius pro me & te. Ergo ista iusticia. qualis est nisi ut dominus